Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 755
Quelle:
Copyright:

IV. *fol. ult. Hee ſunt figure Algoriſmi.* 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. *Inter has figuras eſt quedam figura que dicitur cifra uel cifrus et nichil ſignificat, id eſt, nullum numerum repreſentat* &c. Sola Numerationis Rudimenta.

Codicis Thecam interne conveſtiunt Segmenta Tractatus cujusdam Rabbinici, cujus deprehenditur פרק שנים עשר hoc initio: הלוקח פירות ממי שאינ' &c. נאמן

Fol. praevio inſcriptum: *Hunc librum flores beati auguſtini continentem donauit dominus Otto canonicus Quinque eccleſienſis monaſterio Sancte dorothee Wienne Anno domini M°. CCCC°. XLVII°.*

CCCLI.

U. 180 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 265. f. non una manu, commode tamen perſcriptus, rubricis enotatus et legatus olim *Collegio Ducali Vien.* a *Thoma Haſelbachio* ſequentia complectitur: I. *Sermo ſancti Auguſtini de Natiuitate Domini.* Initium: *Rogo vos fratres kariſſimi. ut libenti animo ſermones quos dominus dabit ſuſcipiatis: in hac dulciſſima die* &c. et finis: *miſericors dominus intromittat, qui viuit et regnat* &c. *Caeſarium* potius referens, quam *Auguſtinum* rite ablegatus eſt in *Append.* T. V. edit. *Maur. col.* 212.

II. *fol.* 4. p. 2. praemiſſis tamen IX. *Librorum* Summariis *Incipit expoſicio Sancti Ambroſij Epiſcopi in Ewangelium Sancti Luce Ewangeliſte.* Dixi IX. *Librorum;* ut enim in Codice hoc integrum ſit Opus, non tamen in X. quemadmodum edit. *Maur. Pariſ.* 1686. T. I. *col.* 1261. f. ſed in IX. *Libros* tribuitur. Diſcrimen incipit ab L. VI. qui in *Codice* totum L. VII. Editionis abſorbet ita, ut Liber VII. *Codicis* ſit VIII. Editionis, Liber VIII. *Cod.* ſit IX. Edit. et IX. *Cod.* ſit X. Edit. Initium L. I. eſt: *Scripturi* (in) *ſancti ewangelij librum vnum quem Lucas* &c. et totius Operis finis: *pauciores intra conclaue, in monte complures fuiſſe.* Additur: *Baſilee in Concilio 1434. Policarpi martiris,* ubi *Haſelbachius* praeſens Librarium unum de multis conduxerit.

III. *fol.* 133. *Incipit ſancti Ambroſij epiſcopi de Officijs liber primus.* Ita quidem: *Non arrogans uideri arbitror, ſi inter filios* &c. Sequitur *Liber* II. et III. et hic ipſo initio prave omittit verba: *David propheta.* Finis egregiae inſtitutionis: *quodam compendio expreſſa plurimum inſtructionis conferat.*

IV. *fol.* 192. *Incipit liber primus dialogi ſanctorum Baſilij et Johannis Criſoſtomi.* Et ad calcem: *Explicit dialogus Criſoſtomi de dignitate ſacerdotali.* Omnes VI. *Libri,* quibus, primo excepto, Elenchus *Capitum* praemiſſus eſt. Incipit I. *Michi quidem multi fuerunt certi amici* &c. Extat haec Verſio in edit. *Baſil.* 1522. T. V. *Opp. Joh. Chryſ.* incerto, ut ibi fertur, Interprete, neque ego magis novi, an ad *Anianum,* aut *Mucianum,* aut *Burgundionem,*

aut